

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Negligencia d
cum fonte primo

Turpissima est iactura que per
negligenciam fit.

Quem michi dabis qui aliquod precium
tempori ponat, qui diem aestimet, qui
intelligat se cotidie mori? In hoc enim
fallimur quod mortem non prospicimus,
magna pars iam eius preterit.
Quicquid etatis retro est, mors tenet.

Tu uero
omnes horas complectere,
sic fiat ut minus ex crastino pendeas,
si hodierno manum inieceris.

Seneca in epistolis.

Turpissima tamen est iactura quae per
neglegentiam fit.

Et si volueris adtendere, magna pars
vitae elabitur male agentibus, maxima
nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.

Quem mihi dabis qui aliquod pretium
tempori ponat, qui diem aestimet, qui
intellegat se cotidie mori? In hoc enim
fallimur, quod mortem prospicimus:
magna pars eius iam praeterit;
quidquid aetatis retro est mors tenet.

Fac ergo, mi Lucili,
quod facere te scribis,
omnes horas complectere;
sic fiet ut minus ex crastino pendeas,
si hodierno manum inieceris.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 1, 1-2 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.1, ll.10-18).